

Secundus de anima.

inē in potētia est de sublātia patris. Si queratur in qua digestione accipitur semen. Dicitur q̄ in. 3. ex superfluo Ad aliud dicitur q̄ egritudines filiorum p̄ueniunt ex indispositio ge seminis propter egritudinem parentum. Si dicatur sicut semen est ex superfluo sic etiā capilli. Sed in capillis hominis est anima rationalis: quia crescunt: ergo est in eis anima. Et non nisi rationalis cum in homine sit tantū una anima. Et hoc dicit Sā. Tho. in. 4. d. 44. q. 1. ar. 2. q. 3. ad. 3. Sed et hoc satis patet q̄ non est simile de semine: quia semen non crescit concedo tamen q̄ in embriōne est anima unde philosophus dicit q̄ enim brōlo primo vivit vita plante. Sed contra planta habet ramos et radices. Non autem embrio. Dicendum q̄ hoc non est semper versū ut patet de ossibus in quibus est vita plante id est anima vegetativa. Si queratur an embrio sit animal videatur. San. Tho. de potentia. q. 3. ar. 90. ad. 9. 7. 10. Dicit tamen ibidez ad. 16. q̄ virtus formativa que in principio est in semine manet aduentente anima rationali et que prius fuit formativa corporis sit post modum corporis regativa. Sed aliter videtur prima par. q. 116. ar. 1. ad quartum.



Sed tertium sic proceditur videt q̄ sensus non sit potētia passiva: quia quod est principium suarum operationum est potentia activa. H̄z sensus est principium operationis et agendi. Et sensatio nis: ergo est potentia activa. H̄z contra est philosophus.

Respondeo dicendum q̄ duplex est potentia scilicet essentialis que est ad actum primū et sic ille qui nichil scit est in potentia ad sciendū. Alia est accidentalis et sic ille qui habet habitum scientie dicitur habere actum in potentia. Prima vocatur remota. 2. proxima. Et cum prima stat habitus opposit⁹. Non autem cum secunda. Tunc dicitur q̄ sensus est potentia passiva. Patet quia sensus recipit species sensibles ab obiecto. Sed recipere est quoddam pati. Pro quo notandum q̄ duplex est passio scilicet corruptiva et perfectiva: corruptiva est receptio forme in subiecto cum abiectione alicuius perfectionis ut cum aqua calefit. Perfectiva vero opposito modo diffinitur ut cū quis sit sciens et talia passio non est proprie alteratio sed imp̄oprie. Unde in tertio de anima dicitur q̄ intelligere est quoddam pati secunduz q̄ exire de ocio in actum est nouum genus alteracionis ut dicit Sā. Tho. in. 1. d. 37. q. 4. ar. 1. ad. 2. Si dicatur intellectus mutatur de contrario in contrariū sc̄z de errore in scientiam vel econuerso: ergo ibi est proprie motus: negatur cōsequentia: quia accidit scientie q̄ error precesserit. Sed contra accidit colori et frigiditas precesserit: ergo motus ad calorem non est proprie alteratio. Sed de hoc. 7. phi. Secundo probatur: quia si sensus esset potentia activa tūc posset sentire sine obiecto: quia quando patiens est actuum virtus activa sufficiens est seipsa ad agendum sicut ignis ad calefaciēdū ita q̄ si ignis esset patiens tunc etiam posset comburere se si est actiu⁹. Et si queratur a quo reducitur sensus de po. ad actum. Dicendum q̄ a proprio obiecto quod est mouens et agens respectu sensus. Sta tem queratur. A quo producitur ista potentia dicendum q̄ a generante vel fluente ab anima ut supra tactum est. Preterea sciendum q̄

sensus in actu non est ipsa sensibilis ita q̄ ex eis componatur sicut putabant antiqui: quia alias sensus posset sentire sine obiecto per suas partes ex quib⁹ componitur.

Circa hec San. Tho. inouet tres disputationes Prima an ille qui accipit scientias fiat semper sciens a magistro et patet q̄ non de primo scientie: q̄ alias p̄cederetur in infinitum. Dicendum q̄ ibi semper est doctor extrinsecus vel intrinsecus scilicet intellect⁹ agens vel lumen naturale ut cum quis per seipsum inuenit scientiam. Secundo dubitatur an sensus sit singularium tantum scientia vero uniuersalium. Dicendum q̄ sensum esse uniuersalium potest dupliciter intelligi uno modo quo ad sua operationē sentiēdi et sic est singularium unde nihil videt nisi singulare.

Alio modo quo ad potentiam. Et hoc dupliciter scilicet subiective et tunc notum est q̄ potentia sensitiua est singularis: alio modo obiective. Et hoc dupliciter sc̄z per se et sic est singularium: q̄ est virtus in organo corporali existens et ideo materialiter recipit similitudinem obiecti. Et per consequens singulariter. Alij dicunt q̄ si in sensu consideretur ratio obiecti tunc sensus est uniuersalium: Altas non esset una potentia visiva omnium colorum. Tamen si consideretur obiectum ipsum quod sentiētur sic sensus est singularium.

Preterea notandum quia potentie cognoscunt per actus ideo videndum est de actibus potentiarū an sc̄z sint entia pure absoluta vel includēta respectū ut puta an intellectio et volitio et visio significat qualitatem an respectum ad potentiam ut obiectum et non insisto pro nunc an actus intelligendi sit id est cuz verbo vel specie intelligibili. Supponimus ista tria realiter distinguiri videtur dicendum q̄ isti actus scilicet volitio et visio sint entia absoluta quia potentia est eiusdem generis cum suo actu: sed sensus est qualitas absolute: ergo et visio. Item: summa perfectio hominis non est relatio sed in operatione intellectus est hominis beatitudo secundum philosophum 10. ethic. ergo non est formaliter relatio. Verum est tamen q̄ scientie ad scibile potest esse relatio et similiter visionis ad visibile unde ista nomina vident esse relativia secundum dicit. Nec potest concipi visio in esse visionis nisi cum aliquo respectu ad obiectum quod per ipsam attingitur. Et ideo. 7. physi. dicitur q̄ ad habendum non est per se motus quia est relatum. Et post hoc quidam dicunt si deus corrumperet visibile conseruando in oculo omnem qualitatem absolutam non emplius esset visio propter defectum cognitati quod est respectus. Item notandum pro. 3. disputatione qua queritur an uniuersale habeat esse in anima dicit San. Tho. q̄ uniuersale dupliciter accipitur. Primo pro ipsa natura communī prout subficit intentioni uniuersalitatis. Alio modo consideratur secundum se et absolute et hoc dupliciter. Primo secundum suū esse in materia quod habet in materia naturali. 2. secundum esse immateriale secundū quod est in intellectu. Penultimo modo non potest ei aduentre intentio uniuersalitatis sed secundum q̄ abstrahitur a materia naturali individuali non realiter ut platonici ponunt. Sed per intellectum qui prima operatione intelligit naturam non apprehendens do principia individuantia et accidentia particula ria. Quidam querunt an acquisitione speciei in visa et ipsum videre sint due mutationes et q̄ visio et spe